Tabulæ in D. Ioachimi Hop-
PERI PHRISII IVRECONS.
DE IVRIS ARTE
LIBROS.

COLLECTORIBVS ALIQVOT
STVDIOSIS.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Hæredes Arnoldi Birckmanni,
ANNO. 1554.

DOCTISSIMO VIRO PHILOSOPHIAE AC IVRIS CONSVLTISS. D. IOACHIMO HOPPERO PHRISIO præceptori obſeruando Diſcipuli. S. D.

QVANTOPERE probetur aureum iſtud tuum de arte iuris elucubratum opus, non ſolùm nobis tuis diſcipulis, quos ad auditorium tuum gratis admiſſos, omni humanitate ſemper proſequutus es, verumetiam viris eruditiſsimis tibiq́ue literarum nomine perbeneuolis, nihil hîc dicendum putamus. Id ipſi declarabunt libri diligenter perlecti, quibus tu fontes iuris aperuiſti primus, à nemine hactenus inueſtigatos, veram indicans vim legis, voluntatem, cauſas, & rationes, ac ſuauiſsimam quãdam legum omnium harmoniam. Verùm cùm ſint eo ſcripti genio libri tui, vt lecti ſemel, placeant, at repetiti ſæpiùs, proſint: & oſcitantem indoctúmve non admittant lectorem: cumq́ue multa lectoris ingenio reliqueris, quę nos viua tua voce docti cognouimus à te copioſiſsimè doctiſsimeq́ue explicata: viſum eſt, ad vtilitatem ſtudioſorum, quorum improbis precibus huc ſumus inducti, primum breuem totius rei tabulam proponere, qua iuris ars vniuerſa ſub vno ponatur aſpectu: deinde indicem adiicere, cuius admonitu lector intelligat, quàm multa paucis à te latenterq́; ſint indicata, multorum annorũ laboribus comparata. Poſtremò indicare, quos iuris locos noua ratione ſis interpretatus aut illuſtraueris. Te verò præceptor humaniſsime, nos omnium ſtudioſorum nomine oramus, vt hanc appendiculam operi tuo doctiſsimo pace tua nobis adiicere liceat. Plura hoc tempore petere non audemus, tamen ex amicis tuis iam ſæpe cognouiſti, quanto omnium deſiderio tuæ in Platonicam philoſophiam, & Pandectas, lucubrationes efflagitantur. Vale. Louanii Nonis Iulii, Anno 1553.

LECTORI.

PRodiit ars iuris tandem, quæ ſæpe laborem
Doctorum inſanum fruſtra tentata fefellit,
Rem ſummam Hopperus, qua nil præclarius exſtat,
Præſtitit, interpres Sophiæ legumq́ue peritus.

Ius eſt ars boni & æqui. Huius artis tres ſunt partes.

1 DE IVSTO & iniuſto, ſiue de principiis boni & ęqui, quę ſunt veluti cauſa legũ, vbi ſimpliciter & per ſe conſideratur æquũ bonum, quod ſapiētum eſt in repub. Suntq́; procemii loco.

2 De diuinis & humanis rebus, ſiue de Iuſtitia per res diffuſa, quæ ſubſtantiam legum ſuppeditat, vbi tractatur, quomodo rebus diuinis & humanis, publicis & priuatis accommodari, & in leges includi debeat, quod in repub. eſt principum, ceu conſtitutionem ſancientium.

3 De actionibus legis ſiue de ordine iudiciorum, effectu legum nimirum, vbi quęritur, quomodo actionibus iudiciisq́; muniri, & ad effectum ſuum perduci poſsit, quod ſecundum Romanos Pontificum eſt ſeu iudicum, veluti legibus ſanctionem apponentium.

De iuſto & iniuſto omnino tractantur tria

1 Vnum eſt de fine Iuris, vt quid ipſum æquum bonũ, quid iuſticia quæ in volũtate collocata omnium humanarũ actionum finis eſt, & domina, totamq́; eius naturã intelligamus.

2 Alterum, De cauſis efficiētibus, vt principia boni & æqui, quibus in ratione ſedes eſt, quæq́; antecepta quædam rerum informationes & præſcriptiones in nobis ſunt, quæ ductu & admonitu ſuo demonſtrant quid faciendum ſit, quid nõ ſit, teneamus.

3 Tertium, De forma & materia Iuris. Nam cùm lex ex principiis decerpta, & ad bonum & æquum directa, ſit quaſi ſepimentum eorum omnium quæ inde conficiuntur, æquũ eſt, vt poſtquam de iuſtitia & iure deq́; eius origine tractatũ eſt, de illa quoq; tanquam vtriuſq; fundamento explicetur.

De fine

De fine iuris iuſticia quæritur

- 1 Quid ſit. Nam iuſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas, ius ſuum cuique tribuendi.
- 2 Quas ſpecies habeat: alia enim eſt
  - 1
    - Vniuerſalis, cuius vſus triplex eſt in
      - Reipub. inſtitutione,
      - Regum & principum inſtitutione.
      - Legũ cõſtitutione & interpretatione.
    - Particularis, quæ verſatur in iis rebus, in quibus de negotiis & rationibus priuatim publiceque contrahendis, agitur.
  - 2
    - Commutatiua,
    - Diſtributiua.
  - 3
    - Politica,
    - Oeconomica.
  - 4
    - Naturalis,
    - Ciuilis.
  - 5
    - Stricta,
    - Aequa.
- 3 Quos gradus habeat, nam alia eſt
  - 1
    - Diuina,
    - Humana.
  - 2
    - Interna,
    - Externa.
  - 3
    - Perfecta,
    - Inchoata.
  - 4
    - Politica,
    - Purgatoria,
    - Purgati animi,
    - Exemplaris.
- 4 Quas partes habeat, quarũ eſt
  - Vna quæ reuocat nos & detrahit à malo, quod quidem duplex eſt: aut enim laborat ea animi pars
    - In qua eſt vis rationis & intelligentiæ, & dicitur Vitium animi,
    - In qua ſunt motus & iactationes appetitionũ, & dicitur morbus, ex quo quidem morbo naſcitur delictum, aut
      - Voluntarium, in quo ineſt dolus & fraus.
      - Nec voluntariũ quod habet cauſam vel
        - Externam & indiſtinctè meretur excuſationem.
        - Internam quæ fortunæ magis & fato quàm ipſis hominibus imputatur.
      - Mediũ, quod fit patum
        - Affectu & inconſiderato quodã impetu, & ſubinde venia dignum putatur.
        - Culpa & negligentia, quod quaſi cogitato magis & conſulto commiſſum iudicatur.
  - Altera quæ hortatur & exuſcitat ad bonum, tribusq; membris diſtribuitur, quorum
    - Vnum eſt animi, vt cùm aduerſus Deum, ſanctitas homines liberalitas: defunctos, pietas: in toto animo, prudentia, fortitudo, temperantia, iuſtitia exercetur.
    - Secundũ corporis, vt cũ publicis certaminibus & exercitiis propoſitis curãt legiſlatores, vt in omni genere exagitatã habeãt iuuentutẽ.
    - Tertium fortunæ, vt cum tractatur de
      - Pecunia & poſſeſsionibus populi.
      - Honoribus.
      - Dignitatibus.
      - Muneribus.
      - Triumphis decernendis, &c.

Circa principia iuris tractatur
- Primum vnde capiatur: nam deſumuntur
  - Vel ex natura hominis,
  - Vel ex vniuerſo,
  - Vel ex ipſo Deo.
- Secundo, quomodo diuidantur: nam ſunt
  - Vniuerſalia,
  - Generalia,
  - Particularia.

Principia vniuerſalia ſunt,
- Primaria,
  - 1 Vt quæ mala ſunt fugiamus.
  - 2 Vt quæ bona, proſequamur.
- Secundaria,
  - Honeſtè viuere,
  - Alterum non lædere,
  - Ius ſuum cuique tribuere.

TABVLA.

- Generalia principia ſunt vel
  - Diuina,
  - Naturalia,
  - Externa.

- Diuina, pertinent vel
  - Ad Deum, ad cuius amorem cõciliandum, ſciendum eſt
    - Quis ſit Deus,
    - Quis eius cult⁹, cuius tres ſunt gradus,
      - Vnus mentis, quæ diuinam eius ſubſtantiam & maieſtatem admiratur,
      - Alter, oris & orationis vt cuius ſubſtantiam admirati ſumus, nomẽ ſanctũ celebremus, & in vulgus ꝓfiteamur.
      - Vltimus, vitæ ac morum, vt cuius ſubſtantiam mente honorati ſumus, & ſapientiam verbis collaudauimus, eius inſuper virtutẽ & bonitatem admiremur, & quod verè amantis eſt, re & factis, quãtum in nobis eſt, imitemur.
    - Quos hic ceu vicarios habeat q ſunt
      - Pater, mater, qui nos in lucem ediderunt,
      - Patria & patriæ leges,
      - Magiſtri & doctores.
  - Ad proximum, cuius amor tribus ordinibus continetur
    - Vno Rerum externarum & actionis in vita quantum ad popularẽ vitã attinet, in quo ſpectatur, vt
      - Simus,
      - Semper ſimus,
      - Commodè ſimus.
    - Altero oris & orationis, quantum ad ciuilem vitam.
    - Tertio, mentis & cogitationis, quantum ad diuinam & perfectam vitam.

- Naturalia principia (nam quid natura ſit, & quæ cauſæ rerum naturalium nimis longum eſſet hic proponere) vel petuntur
  - Ab vniuerſo, cuius contemplatio præbet, vel
    - Similitudines rerum naturalium & politicarum,
    - Vt ipſas res naturales ad noſtros vſus adiungamus,
    - Vt initia quædam ex iis decerpamus.
  - Ab homine, in quo ſpectamus, vel
    - Animum qui eſt
      - Vel particeps rationis,
      - Vel expers.
    - Corpus, in quo conſideramus
      - AEtatem,
      - Sexum,
      - Valetudinem.
    - Res exteriores, cuiuſmodi ſunt
      - Dignitates,
      - Diuitiæ,
      - Amici.

- Externa principia conſtant
  - Ex antiquitatis cognitione, quæ continetur
    - Ratione temporum
      - Generaliter,
      - Specialiter.
    - Cognitione vſus.
  - Ex iis quæ foris accedunt, quæ quidem ſunt vel
    - Diuina,
    - Humana, quæ aut ſunt
      - Naturalia,
      - Arbitraria.

Principia

- Principia particularia ſunt infinita, ſed in iis tractandum eſt
  - Quomodo ad certas claſſes redigi poſsint, Nã pertinent
    - Vel ad ipſum ius, cuius partes ſunt
      - Iuſticia,
      - Iudicia.
    - Vel ad ea ad quę ius pertinet, quæ ſunt
      - Obiecta, vt
        - Perſonæ,
        - Res,
        - Cõmercia.
      - Loci cõmunes
        - Significationis verborum,
        - Cõiecturæ voluntatis,
        - Rerũ
          - Naturalium,
          - Moraliũ
          - Rationalium.
  - Quo pacto ex ipſis legibus eliciãtur, quod quidem fit, tum
    - Ex verbis legis,
    - Ex mente legis,
      - Directo,
      - A contrario ſenſu.

- De forma iuris, ſiue de lege tractantur hæc:
  1. Quid ſit,
  2. Quotuplex,
  3. Quas partes habeat,
  4. Quis eius vſus,
  5. Quomodo conſtituatur,
  6. Quomodo interpretetur,
  7. Quam materiam habeat,
  8. Quomodo tollatur.

Definitur

Definitur autem lex

- Secundum Ideam, inuentio veritatis.
- Secundum communem vſum, commune præceptũ, virorum prudentum conſultum, delictorum quæ ſponte, vel ignorantia contrahuntur coërcitio, communis reipublicæ ſponſio.

Diuidit lex oīs ſiue ius in

- Naturale,
- Gentium,
- Ciuile, quod rurſum eſt, partim
  - Vniuerſale quod inducitur, vel
    - Aperto Cōſenſu,
      - Conſtitutione
        - Populi,
        - Paucorum,
        - Vnius.
      - Interpretatione
        - Sapiētum,
        - Iudicum.
    - Conſuetudine,
    - Neceſsitate.
  - Municipale,
  - Perſonale.

Partes legum ſunt

- Primò,
  - Procemium,
  - Conſtitutio,
  - Sanctio.
- Secundò,
  - Facti ſpecies,
  - Quæſtio,
  - Reſponſum,
  - Ratio,
  - Diſſolutio contrariorum,
  - Quæſtiones cognatæ,
  - Legis actio.

Vſus legum ſpectatur
- Circa res, quas
  - Acquirimus,
  - Conſeruamus,
  - Minuimus.
- Circa perſonas quæ dicuntur viuere, vel
  - Sine legibus,
  - Sub lege,
  - In lege,
  - Supra legem.
- Circa vim legis, quæ eſt
  - Imperare,
  - Vetare,
  - Permittere,
  - Punire.

Circa conſtitutionem legum verſantur quatuor regulæ,
1. Vt in iis quæ vt plurimum accidunt, iura conſtituantur.
2. Vt de generalibus.ll.ferantur.
3. Vt ne in ſingulas perſonas ius conſtituatur.
4. Vt non præteritis ſed futuris modus ponatur.

Interpretatio legum eſt duplex,
- Vna ad intelligendum, quarum
  - Prima eſt Hiſtorica, vt verba intelligantur,
  - Secunda Etymologica, vt ratio,
  - Tertia Analogica, vt concordia.
- Altera ad ſupplendũ quæ exercetur
  - Subinde per Principem,
  - Subinde per Iudices,
  - Subinde per Iureconſultos.

Materia

T A B V L A.

Materia legum continetur
- 1 Rebus
  - Diuinis,
  - Humanis.
- 2 Rebus
  - Publicis,
  - Priuatis.
- 3
  - Perſonis,
  - Rebus.

Tolluntur leges
- Vel diſſuetudine,
- Vel conſtitutione, vt cùm lex vel
  - Abrogatur,
  - Derogatur,
  - Subrogatur,
  - Obrogatur.

FINIS LIBRI PRIMI.

Secunda pars iuris artis conſiſtit
- 1 In cognitione rerum, circa quas legiſlator verſatur.
- 2 In ſcientia accommodandi principia boni & æqui, de quibus ſupra dictum eſt, ad eas ipſas res.

Rerum ad ius pertinētium
- Aliæ ſunt diuinæ, à quibus oritur ius Pontificiū,
- Aliæ humanæ, à quibus ius Ciuile,
- Aliæ mixtæ, à quibus ius Augurum.

Circa res diuinas tractatur
- Primò, quinam illi ſint, quibus cultus diuinus exhibeatur.
- Secundò, quæ nam ea ſint, quæ Diuis exhibeātur.
- Tertiò, quæ nam ſint de appendiciis & acceſſoriis ſacrorum.

Quibus

- Quibus honor diuinus exhibetur, ſunt aut
  - Superi, vt
    - Dii,
    - Dæmones,
    - Heroes.
  - Medioxi-mi, qui
    - Corporati,
    - Non corporati.
  - Inferi, quorum
    - Alii boni
    - Alii mali.

- Quæ diuis exhibentur ſpectantur
  - Pro loco, nam locorum alia ſunt
    - Sacra
      - Templa,
      - Sacella.
    - Sancta
      - Muri,
      - Xenodochia.
    - Religioſa
      - Cœmiteria,
      - Monumēta.
  - Pro tempore nā dies ſunt
    - Pro-feſti,
    - Feſti,
      - Ad requietem litium,
      - Ad vitę caſtimoniam,
      - Ad ſacrificandum,
      - Ad epulandum,
      - Ad ludos agendos,
      - Ad feriandū: nā feriæ ſunt
        - Statuæ,
        - Imperatiuæ,
        - Conceptiuæ,
        - Nundinæ.
    - Inter-ciſi,
  - Pro perſona: nam perſonarū duplex eſt diuiſio,
    - Prior eſt in
      - Papam,
      - Epiſcopos,
      - Parochos,
      - Presbyteros.
    - Poſterior in
      - Sacrificulum,
      - Diaconum & hypodiaconū,
      - Acolythos.
  - Pro re: nā rerū aliç pertinēt
    - Ad deos, vt
      - Supplicationes,
      - Vota,
      - Sacrificia.
    - Ad homines, vt
      - Spectacula,
      - Ludi,
      - Pompæ,
      - Conſecrationes,
      - Leges,
      - Fœdera.
    - Ad mortuos

- De appendiciis ſacrorum ſunt
  - Perſonæ: nā hominum
    - Alii laici,
    - Alii clerici.
  - Res
    - Prophanæ,
    - Sacræ, quæ vel
      - In vſu,
      - In pecunia,
      - Mediæ.

- Rerum humanarũ alię ſunt
  - Publicæ, quæ quidem aut
    - Ciuiles,
    - Militares,
    - Quæſtoriæ.
  - Priuatæ.

- Rerũ ciuilium ſunt
  - Perſonæ, quæ diuiduntur
    - Pro loco, vt cùm populus & vrbs certis regionibus diſtinguitur,
    - Pro facultatibus nam ciuium
      - Alii claſsici,
      - Alii capite cenſi.
    - Pro ordine, vt
      - Senatores,
      - Equites,
      - Plebei.
    - Pro iure, vt
      - Domeſtici, qui ſunt
        - Incolę,
        - Ciues,
        - Eximii.
      - Externi, qui ſunt
        - Coloni,
        - Victi,
        - Clientes,
        - Peregrini,
        - Hoſtes.
    - Pro dignitate, vt
      - Principes,
      - Magiſtrat⁹, qui ſunt vel
        - Aulæ,
        - Plebis,
        - Totius reipub.
      - Subditi,
  - Loca, vt
    - Theatra,
    - Baſilicæ,
    - Porticus.
  - Tempora: nam dies profeſti ſunt vel
    - Comitiales,
    - Faſti,
    - Comperendini,
    - Præliares,
    - Iuſti.
  - Res, quæ quidem cõſtituuntur, vel
    - Ad vtilitatem, vt
      - Annonaria res,
      - Nummaria,
      - Aquatica.
    - Ad voluptatem, vt
      - Ludi,
      - Pentatlæ,
      - Maiumæ.

T A B V L A.

- In re militari ſpectamus
  - Perſonas, nam hominum in militia, alij ſunt,
    - Auxiliares,
    - Legionarij, qui quidem vel
      - Principes, quorũ rurſum ordines tres
        - 1 Ipſius Imperatoris,
        - 2 Tribunorum,
        - 3 Beneficiariorum.
      - Munifices horum alij
        - Equites
        - Pedites qui iterum
          - Anteſignarij,
          - Haſtarij,
          - Principes,
          - Triarij.
  - Res quæ pertinent
    - Ad commeatum,
    - Ad veſtitum,
    - Ad ſtipendia,
    - Ad arma.
      - tum ad defendendum,
      - tum ad vim inferendam.

- Ad rem quæſtoriam pertinent
  - Certæ perſonæ vel
    - Cum dignitate,
    - Sine dignitate.
  - Res vt
    - Species,
    - Pecuniæ.
  - Ratio quærendi, quæ eſt,
    - Publica, quę eſt aut
      - Ex patrimonialib. ſacrę domus quinq; ferme aut ſex modis,
      - Ex vectigalibus
        - Ordinarijs
          - Perſonarum,
          - Rerum,
          - Negotiorum,
        - Extraordinarijs.
    - Priuata, vt
      - Agricultura,
      - Mercatura cum alijs artibus.

TABVLA.

Priuatum ius omne verſatur circa Perſonas, Res, & Actiones.
Perſonarum varia eſt inter ipſas affectio: nam conſiderantur, vel vt vir & vxor, vel vt pater & filius, vel vt dominus & ſeruus, vel vt tutor & pupillus, vel vt curator & adultus, vel vt cognatus & cognata.

- De rebus tractantur duo,
  - Quotuplices: diuiduntur enim
    - 1 Secundũ partes, nam in his aſpicitur: vel
      - Subſtantia, quantum ad earum dominium,
      - Superficies quantum ad poſſeſsionem,
      - Vtilitas quantum ad
        - Vſumfructum,
        - Vſum,
        - Habitationem.
    - 2 Secundum ſpecies: nam res aliæ
      - Corporales quæ continentur vel
        - Vno ſpiritu,
        - Ex pluribus inter ſe cohærentibus.
        - Ex diſtantibus.
      - Incorporales vt ſeruitutes quæ ſunt vel
        - Perſonales, vt
          - Vſusfructus,
          - Vſus,
          - Habitatio.
        - Prædiales, tum
          - Ruſticorum prædiorum,
          - Vrbanorum.
    - 3
      - Mancupi res ſunt, vt
        - Prædia in Italico ſolo,
        - Iura prædiorum ruſticorum,
        - Serui & quadrupedes quæ collo domantur.
      - Nec mancupi, vt quæ dorſo non domantur.
    - 4
      - Vniuerſales, vt hæreditas,
      - Generales, vt tutela,
      - Speciales, vt Stichus.
    - 3
      - In patrimonio.
      - Extra patrimonium,
      - Neque in patrimonio, neque extra patrimonium.
    - 6 Iure naturali aliæ ſunt
      - Communes, vt aër,
      - Publicæ, vt flumina,
      - Vniuerſitatis, vt ſtadia,
      - Nullius, quales ſunt res
        - Sacræ,
        - Sanctæ,
        - Religioſæ.
      - Singulorum.
  - Quæ earum acquiſitio, quæ eſt, vel
    - Singularum rerum, vt
      - 1 Adiectione.
      - 2 Occupatione.
      - 3 Donatione,
      - 4 Mancipatione,
      - 5 Traditione,
      - 6 Vſucapione,
      - 7 In iure ceſsione,
      - 8 Adiudicatione,
      - 9 Lege.
    - Per vniuerſitatem
      - 1 Hæreditate.
      - 2 Bonorum poſſeſsione.
      - 3 Arrogatione.
      - 4 Addictione bonorum libert. conſeru. cauſa.
      - 5 Bonorum venditione ex Senatuſconſ. C. Claudiano.

TABVLA.

- De obligationibus tractatur.
  - Quid obligatio: nam eſt iuris vinculum, quo neceſsitate adſtringimur alicuius rei ſoluendæ ſecundum noſtræ ciuitatis iura.
  - Quotuplex: obligamur enim
    - 1 Contractu
      - Qui fit
        - Re, vt cùm res interueniens parit obligationem,
        - Voluntate cum res animo peragitur
          - Tacitè, vt cum res inuectæ ipſo facto intelliguntur,
          - Propalà, idq;
            - Per pollicitationem nullo contractu habito,
            - Pactis, quorum alia
              - Nuda,
              - Stipulatione firmata,
              - Literis comprehenſa.
        - Vtroq; ſimul, vnde cõtract⁹ innominati
          - Do, vt des,
          - Facio, vt facias,
          - Do, vt facias,
          - Facio, vt des.
      - Ex quo, vel
        - Res tranſit, vt in emptione,
        - Vſus tantummodo eius conceditur, vt in commodató,
        - Rei cuſtodia committitur, vt in depoſito,
        - Procuratio datur, vt in mandato.
      - Qui eſt, vel
        - Principalis, vt emptio, depoſitum.
        - Acceſſorius, vt pignus, fideiuſsio.
      - In quo ambo contrahentes æquè principales ſunt
        - Tam re quàm nomine,
        - Re quidem, ſed non nomine,
        - Nomine veró, ſed non re.
        - Neq; re, neq; nomine.
    - 2 Quaſi contractu in quo ſubeſt tantũ cauſa quędam obligationis, non
      - Delictum,
      - Contractus.
    - 3 Delicto, quod vnius quidem generis eſt, verſatur tamen circa
      - Res, vt ſi vel
        - Auferantur, vt in furto.
        - Lędantur, vt in dãno iniuria dato.
      - Perſonas, vt in iniurijs & conuicijs quæ contrahuntur, tum
        - Verbis,
        - Rebus.
      - Res & perſonas ſimul, cũ per vim aliquid rapitur.
    - 4 Quaſi delicto, vt
      - In iudice qui cauſam ſuam fecit,
      - In eo qui deiecit,
      - In domino in cuius naui vel taberna damnum datum eſt.
    - 5 Lege,
    - 6 Iure honorario,
    - 7 Neceſsitate,
    - 8 Ex facto.

- De rebus mixtis, ſeu iure augurio oſtenditur
  - Quæ eius dignitas & autoritas, vt
    - Comitia tollere
    - Conſilia
      - Inſtituta dimittere,
      - Habita reſcindere.
    - Cum plebe agendi ius dare, vel non dare, &c.
  - Quas habeat partes, nam
    - Vna politica,
    - Altera ſancta vt in conſecrationibus & ſimilibus.
    - Tertia diuina, quæ conſiſtit in rerum futurarum præſcientia.

Quæcunq;

TABVLA.

- Quæcunq; ad boni æquiq; normam dirigũtur, ſunt vel
  - Solubilia, eaq; vel
    - Infinita, quæ à legiſlatore vel
      - Fabricantur de nouo,
      - Inuenta explicantur.
    - Finita, quæ ſuis temporibus, locis, rebus, perſonis acommodantur.
  - Inſolubilia.

- Fabricari legiſlator dicitur, vel
  - Cùm fingit aliquid, & vocatur fictio, de qua tractatur
    - Quid ſit, vt cùm vtilitatis gratia id ponitur eſſe quod non eſt,
    - Quotuplex: nam alia
      - Ciuilis,
      - Prætoria.
    - Regulæ fictionum, quarum
      1. Ne quid fingamus ſine vtili & neceſſaria cauſa.
      2. Ne impoſsibilia & à natura abhorrentia, introducamus.
      3. Ne duas fictiones ex vna eademq; re eliciamus.
    - Quarum rerum ſit fictio, nimirum eorum quæ ſunt iuris non facti.
  - Cùm facit, & quaſi cõdit aliquid de quo tractatur,
    - Quotuplicia: nam ſunt, vel
      - Certæ res ciuiles,
      - Facta hominum,
      - Ex vtriſq; mixta.
    - Quæ ratio conficiendi aliquid, eſtq; vel
      - Ex ſolis naturalibus rationibus,
      - Ex ciuilibus & legitimis tantùm,
      - Ex vtriſq; iunctis.
    - Regula omnino obſeruanda in ijs quæ conduntur à legumlatoribus.

- Natura & hominum ſolertia iam conſtituta explicantur, partim
  - An ſint conijciendo,
  - Quid ſint definiendo,
  - Qualia ſint declarando.

- Coniectura ſiue ea ſit facti, ſiue voluntatis
  - Vel eſt inartificialis.
  - Artificialis, quæ conſtat,
    - Interpretatione, quæ vel
      - Simplex, quæ fit ex
        - Factis,
        - Verbis, in quibus intuemur
          - Verba ipſa,
          - Mentem,
          - Vtrunq;.
      - Non ſimplex.
    - Præſumptione, quæ eſt
      - Iuris,
      - Iuris, & de Iure.

T A B V L A.

- In iuris definitione tractatur,
  - Primū, vt res definiatur: definitio enim eſt,
    - Alia,
      - Propriè definitio, quæ ſumitur ex locis
        - Internis, quæ ſubſtantiam illius, vel
          - Conſtituunt, vt
            - Differētia,
            - Propriū,
            - Totum,
            - Partes,
          - Attingunt, vt
            - Actus,
            - Subiecta.
        - Externis, quæ ſunt, vel
          - Cognata, vt
            - Cauſæ,
            - Effectus.
          - Applicita, vt
            - Locus,
            - Tempus.
          - Accidentia, vt
            - Similia,
            - Paria.
          - Repugnantia, vt
            - Oppoſita,
            - Cōtraria.
      - Deſcriptio vt ea quę ſumitur à
        - A propria rei nota,
        - A proprio,
        - Toto, & partibus,
        - Iis quæ circa rei ſubſtantiam ſunt;
        - Cognatis,
        - Applicitis,
        - Accidentibus,
        - Repugnantibus.
    - Alia,
      - Solennis quæ continet rei, vel
        - Naturam & ſubſtantiam,
        - Effectum & vſum,
        - Ciuilem autoritatem.
      - Simplex, quæ nudam tantum rei naturam exponit,
      - Media ex vtraque ſimul iuncta.
  - Secundò vt diuidatur, vt
    - Cùm genus in ſpecies diuiditur,
    - Cùm totum in partes diſſecatur,
    - Cùm id quod vnum eſt diſtinguitur in gradus,
    - & ſumitur ex iiſdem locis, ex quibus definitio.
  - Tertiò vt cuiq; rei proprium nomen deſignetur, quod ſumitur vel
    - Arbitrio noſtro,
    - Eorum interitu, quæ ad rei naturam pertinet.

- Iuris deciſiones ſunt, ſit ne quid
  - Bonum,
  - Malum,
  - Neutrum,
  - quorum interpretatio initur nunc
    - Simpliciter: nā alia ſunt
      - Bona quæ vel
        - Vtilitatem ex ſe pariunt, iuntq;
          - Vtiſia.
          - Honeſta,
          - Pulchra.
        - Malum arcent ac depellunt.
      - Mala, quorum alia
        - Propriè mala,
        - Nō poſſunt quidem propriè dici mala, ſed quę tamen nocumentum adferant.
      - Neutra.
    - Comparatione eaq; ſubinde
      - Generum inter ſe cùm inter honeſtum naturam vtile & pulchrum eſt contentio.
      - Specierum ſub eodem genere poſitarum, vt ex pluribus honeſtis, cum quęritur, vtrum honeſtius: ex pluribus vtilibus, vtrum vtilius, &c.

TABVLA.

- Quæſtiones finitæ finiuntur circunſtantijs, de quibus tractatur
  - Quæ earum vis: nunc enim,
    - Totam rei qualitatem, immutant, vt cum
      - De bono malum faciunt,
      - De malo bonum.
    - Intendunt,
    - Remittunt.
  - Quot numero ſint,
    - 1 Cauſæ quarum aliæ
      - Impellendi tantum naturam habent.
      - Inſtrumenti loco ſunt,
      - Ad quas veluti fines reſpicimus.
    - 2 Perſona, ad quam referantur
      - AEtas,
      - Sexus.
    - 3 Locus,
    - 4 Tempus,
    - 5 Qualitas,
    - 6 Quantitas,
    - 7 Euentus.

- Inſolubilium alia ſunt,
  - Prorſus aſyſtata de quibus tractatur,
    - Quotuplicia, nam
      - Alia
        - Deficientia,
        - AEquiualentia,
        - Mutila,
        - Apora.
      - Alia
        - Antiſtrephuſa,
        - Achromos,
        - Adynatos,
        - Aprepes,
        - Aneſchyntos,
        - Apythanos,
        - Alogos,
        - In circulum redeuntia,
        - Præpoſtera.
    - Quomodo diſſoluatur idque vt
      - 1 Pro nihil habeantur,
      - 2 In ſuo ſtatu & loco relinquantur,
      - 3 Reiectis inutilibus vtilia reſeruentur,
      - 4 Ex motu & affectione iudicis negotium definiatur,
      - 5 Media via eligatur,
      - 6 Quoquo modo finis & exitus reperiatur,
      - 7 Sorte res dirimatur.
  - In differentia in quibus aliquando requiritur autoritas vel
    - Principis,
    - Iudicis, in
      - Explicabilibus religio,
      - Inexplicabilibus affectio.
    - Conſuetudinis,
    - Boni.
  - Abditam iuris habent rationem, quorum alia
    - Nullo penitus humano ingenio inueniri aut explicari poſſunt, in quibus Dei oraculum conſulitur.
    - Quę ab hominibus peritioribus tamen cognoſci poſſunt, quorum triplex eſt ratio,
      - Vna, vt abditæ rerum naturæ cognoſcantur,
      - Altera, vt quid mores ſtabilire poſſint, & conſeruare intelligatur.
      - Tertia, vt cuiuſq; gentis myſteria perſpiciantur.

FINIS LIBRI SECVNDI.

De

De actionib. leg. ſeu ordine iudiciorum duplex eſt ratio,
- Vna, vt actiones quædam & formulæ prodantur,
- Altera, vt via quædam & ordo ex ipſa natura conficiatur, ſecundum quem in iure procedi debeat.

Actionum aliæ ſunt,
- Ordinariæ, quæ rurſum
  - Ciuiles.
  - Criminales,
  - Prætoriæ.
- Extraordinariæ.

Ciuiles actiones differunt,
- Secundum gradus,
- Secundum ſpecies,
- Secundum res ſubiectas.

Gradus actionum ſunt tres,
- Primus eſt earum rerum, quas naturali tãtummodò vinculo debitas, naturali quoque ſolùm modo ac ratione perſequimur.
- Alter earum quæ plenè perfecteque ſecundum cuiuſq; ciuitatis iura debentur, atq; ob id legitimis actionibus in iure peti poſſunt.
- Vltimus gradus pertinet ad ea in quibus ſine iudice quis ſe licitè vindicat.

Species áctionum ſunt, quòd actiones aliæ

- 1
  - Ciuiles,
  - Prætoriæ.
- 2
  - Stricti iuris,
  - Bonæ fidei.
- 3 Arbitrariæ,
- 4 Condictitiæ,
- 5 Vendicationes,
- 6 Temporales,
- 7 Perſonales,
- 8
  - In ſolidum,
  - In quantum quis facere poteſt.
- 9 Famoſæ,
- 10
  - Directæ,
  - Contrariæ.

Secundum res ſubiectas, actiones aliæ ſunt

- Rei perſecutoriæ, idq́; vel
  - In rem, vt
    - Vniuerſaliter,
    - Generaliter,
    - Specialiter.
  - In perſonã quæ ſunt,
    - 1 Rerum creditarũ, quæ ſunt vel
      - Principales,
      - Acceſſoriæ ſeu cohærentes.
    - 2 Perſonarum vt
      - Matrimonium,
      - Tutela.
    - 3 Succeſsionũ, quarum alia
      - Ex vltima voluntate,
      - Ab inteſtato.
    - 4 Liberalitatũ quarũ aliæ ſunt
      - Inter viuos,
      - Cauſa mortis.
    - 5 Obligationũ quæ ſunt vel ex
      - Nudo cõtractu, idq́; vel
        - Verbis,
        - Literis.
- Pœnæ perſequutoriæ, ſunt enim vel in
  - Simplum,
  - Duplum,
  - Triplum,
  - Quadruplum.

Iudicia

TABVLA.

- Iudicia criminalia oriuntur ex cauſa, vel
  - Publica,
  - Priuata cũ violant, vel
    - Caput reipu. Religionem,
    - Politicum ſtatum,
    - Rerũ militariũ diſciplinã
      - quorũ ſanationes iiidẽ triplices,
        - Pontificiæ,
        - Ciuiles,
        - Militares.

- Iudiciorũ imperij mixti alia,
  - Primo ſunt
    - Voluntaria,
    - Contentioſa.
  - Secũdo pertinentia vel ad
    - Iuris dicendi officium & bonorum poſſeſsionem,
    - Sartorum tectorum exigendorum munus,
    - Neutrum,
    - Vtrũq; vt
      - Miſsiones in bona quæ ſunt vel
        - Rei ſeruandæ cauſa,
        - Legatorum ſeruandorum gratia,
        - Ventris nomine.
      - Interdicta quæ ſunt vel
        - 1
          - Prohibitoria,
          - Reſtitutoria,
          - Exhibitoria.
        - 2 Poſſeſsionis
          - Adipiſcendæ,
          - Retinendæ,
          - Recuperandæ.
        - 3
          - Simplicia,
          - Duplicia.
        - 4 Relata ſubinde in tempus.
        - 5
          - Annalia,
          - Perpetua.
        - 6 Cõparata
          - Hominũ cauſa ptinẽtiq; vel ad
            - Publicã vtilitatẽ,
            - Sui iuris tuendi cauſam
            - Officij,
            - Rei familiaris.
          - Religionis gratia.
      - Exceptiones quæ ſunt, vel
        - Perpetuæ ac peremptoriæ,
        - Temporales ſeu dilatoriæ.
      - Prætoriæ ſtipulationes quarum aliæ,
        - 1
          - Iudiciales,
          - Cautionales,
          - Communes.
        - 2
          - Satiſdationem exigunt,
          - Nudam promiſsionem.
        - 3
          - Rei reſtitutionem continent,
          - Incertam quantitatem.

- Extraordinariorum iudiciorũ alia ſunt extraordinaria
  - Quoad formam agendi nõ toto iudicio, vt
    - Omnes actiones vtiles, quæq́ue directarum effectum habent,
    - Contrariæ,
    - Honorariæ,
    - Συναλλαγματικαί, quorum nomine agitur ſubinde
      - De dolo,
      - Præſcriptis verbis,
      - Ciuili,
      - Prætoria.
  - Forma pariter & toto iudicio,
  - Ancipiti quodã & inter vtrũq; genus ambiguo modo.
- In proceſſu iudiciorum requirũtur tria,
  - Perſonæ, quæ in iudicio verſantur & conſiſtunt,
  - Res iudiciales, quę ad tractandam & peragendam litem requiruntur,
  - Ipſe progreſſus, cuius certa quædã eſt & naturalis ſeries.
- Perſonæ ſunt vel
  - Principales,
  - Adminiculantes.
- Principales perſonæ ſunt,
  - Actor,
  - Reus,
  - Iudex.
- Actor eſt qui vel
  - Agit ciuiliter, qui tamen aliquando prohibetur propter
    - AEtatem,
    - Mores,
    - Iudicium animi,
    - Statum.
  - Accuſat criminaliter,
    - Qui tamen aliquãdo ꝓhibetur propter vel
      - Sexum & ætatem,
      - Magiſtratũ poteſtatémve,
      - Delictum proprium,
      - Turpem quæſtum,
      - Conditionem ſuam,
      - Suſpicionem calumniæ,
      - Paupertatem.
    - Qui ſunt
      - Quadruplatores,
      - Sectores, quibus aderant
        - Subſcriptores,
        - Adſtipulatores,
        - Actores.

De reo

TABVLA.

- De reo quæritur
  - Quotuplex, autenim
    - E vinculis cauſam dicere cogitur,
    - Vadimonio obſtringitur,
    - Suæ promiſsioni relinquitur.
  - Qui fieri non poſsit, ſunt enim quibus
    - Nec ſemper nec à quouis dica rectè inſcribi poteſt,
    - Penitus à nullo.

- De iudice tractatur
  - 1 Quotuplex, alius eſt,
    - Arbiter, quorum duo ſunt genera,
      - Vnum, vt ad boni viri arbitratum redigi debeat,
      - Cui parere omnibus modis debemus.
    - Iudex, cuius varia eſt deſcriptio
      - Secundum res ſubiectas, quib⁹
        - Generaliter incumbit iuris dicendi officium,
        - Specialiter, aliјs enim committitur
          - Merum imperium,
          - Iuriſdictio,
          - Mixtum imperium.
      - Secũdum qualitatũ diuerſitates, ſunt enim à quibus
        - Prouocatio eſt,
        - Nulla eſt appellatio.
      - Secundum dignitatem, nam aliј
        - Superilluſtres ſeu maximi,
        - Illuſtres & magni,
        - Spectabiles ſiue mediј,
        - Clariſsimi,
        - Infimi.
      - Pro graduum diuerſitate
        - Ordinariј,
        - Legati,
        - Delegati,
        - Dati vel
          - Lege,
          - Conſtitutione,
          - S. conſulto.
        - Communes ſiue mediј.
  - 2 Qui iudices eſſe non poſsint, prohibetur.n.
    - Lege,
    - Natura,
    - Moribus.
  - 3 Quomodo quid iudicibus mandari poſsit.
  - 4 Qui iudices dare poſsint.

- Adminiculantes perſonæ, ſunt
  - Iudicis, vt
    - Aſſeſſor,
    - Auditor,
    - I. conſultus.
  - Litigatorum
    - Procuratores.
    - Aduocati,
    - Poſtulatores.
  - Fori
    - Tabelliones,
    - Executores,
    - Viatores.

- Res pertinentes ad iudicia ſunt vel
  - Ordinariç, vt ſunt
    - Loca, vnde alia dicuntur
      - Ordinaria,
      - Extraordinaria.
    - Tempora,
    - Sportulæ,
    - Dilationes quę cõceduntur, vel à
      - Lege,
      - Iudice,
      - Parte aduerſa.
    - Citationes,
    - Cautiones,
    - Iuramenta quæ ſunt vel
      - Voluntaria,
      - Iudicialia,
      - Neceſſaria.
    - Editiones,
    - Impetrationes,
    - Poſtulationes quas exequi prohibentur, alii
      - In totum,
      - Pro aliis tantùm,
      - Pro ſe & certis perſonis.
    - Probatio quarũ alia
      - Plena, q̃ fit per
        - Teſtes,
        - Eius cũ quo agit̃ cõfeſsionẽ,
        - Legitima inſtrumenta, q̃ ſunt, tũ
          - Publica,
          - Priuata.
        - Ipſius rei euidentia,
        - Præſumptionem, famã, &c.
      - Minùs plena, vt ex
        - Atteſtatione vnius,
        - Collatione literarum,
        - Fuga rei conuenti.
    - Exceptio quæ eſt vel
      - Dilatoria,
      - Declinatoria,
      - Peremptoria.
    - Recuſationes,
    - Poſitiones,
    - Interlocutiones,
    - Appellationes,
  - Voluntariæ, vt
    - Pacta,
    - Tranſactiones,
    - Reſtitutio integri quæ datur iis qui in captionem inciderant, vel
      - Metu,
      - Calliditate,
      - AEtate,
      - Abſentia,
      - Per ſtatus mutationẽ.
      - Per iuſtum errorem.
    - Ceſsio,
    - Alienatio mutandi iudicii cauſa facta.

Progreſſus

TABVLA.

- Progreſſus iudiciorũ triplex eſt
  - Ordinarius, qui eſt vel
    - Ciuilis iudicij cuius partes aliæ ſunt
      - Principales
        - Litis conteſtatio quæ fit vel
          - Vt olim
            - Sponſione,
            - Sacramento depoſito,
            - Nuda atteſtatione,
          - Vt nunc
            - Libello,
            - Sportulis,
            - Fideiuſsione,
            - Iudicijs,
            - Interrogatione.
        - Sententia quæ eſt vel
          - Abſolutionis,
          - Condemnationis,
          - Ampliationis.
      - Adminiculãtes, alia enim ſunt
        - Præparatoria
          - Editio inſtrumentorum,
          - Citatio,
          - Impetratio formularum.
        - Media, vt probationes quæ fiunt partim
          - Iureconſultis,
          - Inſtrumentis,
          - Teſtibus.
        - Poſteriora, vt executio rei iudicatæ quæ fit, vel
          - Pignoribus captis,
          - In bonorum miſsione,
          - Quãti in litem aduerſarius iurauerit.
    - Criminalis iudicij, de quibus non niſi centuriatis comitijs quæri ſolet.
    - Prætoriarum cauſarum, quarum non vna eſt ratio propter rem ſubiectam, aliter enim proceditur in
      - Adoptionibus,
      - Manumiſsionibus,
      - Bonorum poſſeſsionibus.
  - Extraordinarius.
  - Summarius.

FINIS.